

quantum ad ea, quae tunc nequaquam emercent, in favorem fidei post comitentis obitum perdurare.]

712. Quinto, non expirat per mortem Pontificis officium Legati à latere, missi ad aliquam provinciam. c. 2. de off. leg. in 6. ibi. Præfato declaramus editio, commissum sibi à Prædecessore nostro Legationis officium nequaquam per spissos obitum expirasse.

Denique Romanus Conf. 119. & Covatruias l. 1. var. resol. c. 14. n. 16. docent, non expirare morte mandantis mandatum factum in favorem cause piz. Sed quo jure id assertant, ignoro.

Ilud hic non est omitendum. Quando morte mandantis vel mandataria executo ple-  
ra mandati intercidit, pro ea parte quae executio-  
ni mandata jam est, mandati actionem perdu-  
rare. l. 58. ff. b. t. [Si precedente mandato Ti-  
tium defenderas, quamvis mortuo eo, cum hoc  
ignorares, ego puto mandati actionem adversus  
heredem Titii competere: quia mandatum  
mortuus mandatoris non etiam mandati actio sol-  
vitur.] Et hæc de modo solvendi per mor-  
tem.

Alli modi constant ex dictis de dissolutione



## CAPVT VII.

DE

### CONTRACTV COMMODATI, ET PRECARIO.

**A**bsolutis Contractibus nominatis Bonæ fidei, qui solo confensu perficiuntur, accedimus ad illos Contractus qui recipi dicuntur, & primo loco de Commodo, ac ob similitudinem etiam de Precario. De Commodo est in Digestis titulus 6. lib. 13. & in Codice titulus 23. lib. 4. In Institut. non existat titulus specialis, sed de eis habetur §. 2. Quibus modis re contrahatur obligatio. De Precario est in Digestis iii. 26. lib. 43. & in Cod. titulus 9. lib. 8. In Iure Canonico de Commodo est tit. 15. lib. 3. Existat quidem etiam titulus de Precariis lib. 3. tit. 14. Sed ut alibi monui, non accipitur hic pro precario ut est contractus civilis, sed in singulati dicitur Precas.

ria, quæ est contractus Iure civili incognitus, sed à Canonibus introductus, quo prædicti Ecclesiastici ususfructus renumerationis ergo alicui roganti conceditur ad certum tempus.

#### CONTROVERSIA I.

Quid, & quotuplex sit Commodo. ubi: quid Iuris quando duobus eadem res commoda- tur.

S U M M A R I U M.

Commodati Etymologia. 714.

In Germania unde colligendum, quod contractus sit potius commodatum quam mutuum. eod.

Definitio Commodati. 715.

Aliud est rerum mobilium, aliud immobilium.

716.

A jud est tantum gratiæ commodatarii, aliud gratiæ eius qui dat, aliud gratiæ viri inquit. eod.

Si eadem individua res duobus commodeatur, quomodo singuli obligantur. 717.

Intellectus legis 21. §. 1. ff. Commodati. eod.

verba distinguitur à Deposito, Pignore, Pre-  
ario, Mutuo, ut ex dicendis in decurto constabit.

Hinc Trentinus post Cœlacum non abhorret concedere, posse Commodatum dici Mutuum ad usum (quatenus idem in specie (hoc est indivi-  
duo) est restitendum) & contra mutuum pos-  
te dici Commodatum ad Abusum, quia consistit

in re quæ ipso usu consumuntur, & solum in eodem genere est restituenda. Vnde patet, non esse inconveniens, quod Germanice Idiomate

codem vocabulo utamur.

716. Dividitur commodity pluribus modis, qui tamen in sequentibus controversis magis declarabuntur. Primo, ratione materiae, aliud enim est rerum mobilium, aliud rerum immo-  
bilium: nam etiam in rebus immobiliis constitui potest. Deinde aliud est rerum corporatum, aliud rerum incorporatum, ut servitum, vestigia, &c.

Dividitur 2. Ratione finis. Nam aliud est tantum gratiæ commodatarii; aliud gratiæ eius qui dat, ut si quis commodeat aliquid sponsa, vel uxori, quo compatrio & ornatio ad eum deducatur, aliud gratiæ viri inquit. Exem-  
pla afferantur in decurto.

Tertio, dividitur ratione temporis. Aliud enim fit ad certum tempus expressum, ut si com-  
modetur equus ad unam diem. Aliud ad cer-  
tum tempus sed cum aliqua latitudine: ut si commodes mihi librum ad describendum.

Quarto, dividitur in Commodo, quo una individua res uni soli commodeatur, & aliud quo res individua duobus vel pluribus com-  
modatur. Quo casu

717. QUÆRITVR quomodo singuli obligantur. Dicendum est, obligari singu-  
los in solidum, v. g. si duobus commodeatur  
vehiculum: quilibet eorum poterit actione  
commodati in solidum conveniri. Sed uno  
convento si præster quod debet, alter liberatur:  
singulis etiam convenit furti actio, prout ele-  
gantur explicatur l. 5. §. 15. ff. b. t. [Si duobus  
vehiculum commodatum sit, vel locatum simul,  
Celsus scripsit, quarti posse, utrum unusquisque  
eorum in solidum, a pro parte teneatur. Erat,  
duorum quidem in solidum dominium vel  
possessionem esse non posse, nec quenquam pars  
corporis Dominum esse, sed totius corporis pro  
indiviso pro parte dominii habere Philosophi di-  
cerent, partialitate suppositi, non objecti, utrum autem  
balnei quidem, vel porticis, vel campi uniuscu-  
jusque in solidum esse, neque enim minus me  
uti, quod & alius uteretur. Verum in vehiculo  
commodato vel locato pro parte quidem effectu  
me usum habere: quia non omnia loca vehi-  
culi teneant, sed esse verius ait, & dolus & cal-  
lam & diligentiam & custodiā in rotum me  
præstare debere: quare duo quodammodo rei  
habebuntur: & si alter conventus præstiterit,  
liberabit alterum: & ambo compertit furti  
actio, ut alterum agente aletius actio contra

futem

sum tollatur.] Constat etiam ex dictis de duobus corris, ubi regula generalis traditur, quod singuli in solidum teneantur & æquè principaliter.

Huic tamen certa doctrinæ objici potest 21. §. 1. ff. b. t. ubi ponitut causus talis. [In exercitu contubernialibus vasa utenda communis pericolo dedit: ac deinde meus servus subreptis his ad hostes profugit, & postea sine vasis receperit. Habitum me commodati actionem cum contubernialibus constat pro cuiuscumque parte.] Ergo non in solidum. Respondet communiter, si uelle conveniunt, ut inter communitarios periculum dividetur, & colligatur ex illis verbis, quod communis periculus fuerint vasa commodata. Si ut ergo, quando periculum solum commune est, inter eos dividitur, ita etiam de commodariis dicendum. Ceterum nisi ita convenienter, singuli in solidum tenebuntur, quia non gaudent beneficio divisionis quo gaudent correi fidejussores, qui pro se reciprocè fidejussent, quibus indulgetur (certis casibus exceptis) beneficium divisionis in Novella 99. c. 1. & Authentica inde sumpta Hic ista. C. de duabus reis stipulandi. quæ suo loco adducta est.

## CONTROVERSIA II.

*Quinam possint activè & passivè imire contractum Commodati.*

### S U M M A R I U M .

**M**inoribusque tutoris aut curatoris auctoritate commodatio dedit, non obligatur. 718. Si acceptis, non nisi in quantum locupletior factus est. eod.

Datur tamen adversus illos actio ad exhibendum, & rei vindicatio. 719.

Minori tamen aliis commodans obligatur. eod. An subsistat commodatum factum libero tanquam seruo. 720.

An servus possit invito domino res domini commodare. eod.

An male fidei possessor possit acquirere actionem commodati. 721.

An Vlpius fructarius possit commodare Vlpium fructum, Vlpium, habitationem. eod.

An Poxor possit commodare res mariti non consentientis. eod.

718. **Q**UÆRITUR 1. An pupillus absque tutoris auctoritate (idem est de Minore Curatore habente, Prodigio, & furioso) posset aliquid commodato dare aut accipere cum aliquo iuri effectu.

**D**ICENDUM 1. Si aliquid commodato dedit, non obligatur. l. 1. §. 1. ff. Impuberes commodati actione non teneantur: quoniam nec

constitit commodatum in pupilli persona sine tutoris auctoritate, usque adeo, ut etiam pubes factus dolum aut culpam admiserit, hac actione non teneantur, quia ab initio non constitit.] Itaque cum generaliter contrahere non possint, hociquo commodatum contrahere non possunt, nam commodatum est contractus, ut præcedens contrahere dictum.

**D**ICENDUM 2. Si commodatum accipiunt impuberes, vel minores curatorem habentes absoleti auctoritate tutoris aut curatoris, non obligantur, nisi in quantum locupletiores efficiunt. l. 3. pr. ff. b. t. sed mihi videtur (aut Vlp.) si locupletior pupillus factus sit, dannante uilem commodati actionem secundum D. Pii rescripum.

719. **D**ICENDUM 3. Tamen si non detur adversus pupilos actio commodati, darunt tamen actio ad exhibendum, & rei vindicatio: sicut & contra furiosum. l. 2. ff. b. t. Nec in furiosum commodati actio dandata est, sed ad exhibendum adversus eos dabitur, ut res exhibita vindicetur.

**D**ICENDUM 4. Si pupillo aliquid commodato datum est ad certum tempus, aut ad certum aliquem utrum, obligatur commodans, ut non revocaret tercipius, aut ultro completem. Constat ex alibi dictis tract. 8. nempe, quod tales Contractus claudicent, quatenus aliis obligatur pupilio, nec tamen illi pupillus, nisi de dole.

720. **Q**UÆRITUR 2. An subsistat commodatum factum homini libero, (qui non habet bona fide serviebat) tanquam seruo. 2. Si ille homo fuit grauius sue conditionis, subsistit contractus. l. 13. §. 2. ff. b. t. [Si liber homo, qui non habet bona fide serviebat, quasi seruo rem commodavero, videamus, an habeam commodati actionem: nam & Celsus filius siebat, si justissimum aliquid facere, vel mandari cum eo, vel praefecti verbis experiri me posse. Idem ergo & in commodato erit etiam.] Quodlibet obiectio, deesse intentionem ex parte dominii putari, cum pater esse seruum, cum quo sit non posse a se iniuri contractum, respondet ingeniose, verbis sequentibus. [Nec obstat, quod non haec mente cum eo qui liber, bona fide nobis serviret, contraheremus, quasi cum obligatum habuerit: plerunque enim id accidit, ut extra id, quod ageretur, tacita obligatio nascatur: veluti cum per errorem indebitam solvendi causa datur.]

**Q**UÆRITUR 3. Ut servus possit invito Domino res Domini sui commodare. Ad hoc respondetur affirmativè in l. 14. ff. b. t. [Si servus meus rem meam tibi, scilicet nolle me tibi commodari, commodaverit, & commodatis, & fortis nascatur actio, & præterea condicione ex causa tripla.]

Dices: Consensus commodantis videtur deesse in hoc casu, nam principalis commodans, utpote cui competit actio directa, est Dominus, hic

## Contr. III. De Materia Commodati.

233

hic autem ut ponitur, est invitus. Ergo contractus est nullus. 2. Et si consensus non adsit, ut servus des alteti rem, posito tamen quod contra hanc voluntatem servus det; Dominus consentit, ut res sit commodata, quia hoc expediri illi. Quod si adhuc contradicteret, ouia mallem rem non esse commodatam (quia forte vult ipse uti, vel alteri commodare, vel quia timet aliquod damnum à tali commodatio, &c.) tunc contractus est nullus, quia invitus non potest obligari.

721. **Q**UÆRITUR 4. An malefici possessor possit commodare, ita ut acquirat ipsi actionem commodati. Ad hoc respondetur affirmativè in lege 15. & 16. ff. b. t. Commode possumus etiam alienam rem, quam possidemus: ianuam scilicet alienam possidemus: ita ut ei si fuerit, vel predo commodaverit, habeat commodati actionem.

**Q**UÆRITUR 5. An qui habet Servitatem uliusfructus, usus, habitations, possit commodare. Respondet Interpretes communiter affirmativè. Ita Bartolus & Baldus aliquie in legem 1. ff. b. t. ubi §. 1. in fine dicitur: etiam habitationem commodari possit.

**Q**UÆRITUR 5. An uxoris possit commodare res viri sui, eo nesciente, seu non consentiente. 2. Posse, ita tamen, ut si vir prohibuerit, & res preferit, ex date compenseretur. l. 24. §. 6. ff. soluto Mar. [Si uxori viri rem commodaverit, eaque perierit, videndum, an compensationem hoc nomine pati possit, & puto, si quidem prohibuit eam maritus commodare, statim deductionem fieri: si vero non prohibuit eam commodare, arbitrio Iudicis modicum tempus ei indulgeri cautionem præbenti.] Quæ ultima verba ita accipit Menochius lib. 2. de arbitr. Iud. c. 15. indulgendam esse modicum tempus, ut commodatum repetat, & restituat.

## CONTROVERSIA III.

*Quenam Res possint esse Materiæ Commodati.*

### S U M M A R I U M .

**A**N Res etiam immobiles possint commodari. 722. An Res usu consumptibiles. 723.

An Res incorporeas. 724.

722. **D**ICENDUM 1. Non tantum Res mobiles, quæ usu non consumuntur, sed etiam immobiles possunt esse materiæ commodati. quamvis de hoc fuerit antiquitus dubitatum, ut haberet l. 1. §. 1. ff. b. t. ibi. [Inter commodationem autem; & utendum datum; Labeo quidem sit, tanum interesse, quantum inter genus & speciem: commodati enim rem mobilem;

Ebris: Haun. de Iust. Tom. IV.

Gg

CON-

## CONTROVERSIA IV.

*Quenam culpa in hoc Contractu caven-  
da ac præstanda sit.*

## SUMMARIUM.

**C**ommodatarius tenet ad culpam levissimam, si ejus solius utilitas spectatur. 725.  
*Quid si res in relatione seu remissione pereat, eod.*  
Si uniusque utilitas spectetur, ad levem culpam tene-  
tur. 726.  
De sola lata culpa, si solius commodantis utilitas spe-  
ctetur. 727.  
*Quid si commodans non rogatus offerit Commodatum,* eod.

**I**N hoc puncto procedendum est conformiter Regule sapientis indicate, quae iubet attendi, cu-  
jus gratia sic initus contractus. Et quia contro-  
ver. 2. dictum est, hunc contractum aliquando, & quidem communiter ac regulariter, spectare uti-  
litas solius Commodatarii, aliquando, &  
tarius commodum utriusque, ratiōne vero  
commodum solius commodantis, idem.

**725. DICENDUM 1.** Quando solius Commodatarius utilitas & commodum spectatur, tenet is ad caveniam culpam levissimam, adeo que ad adhibendam diligentiam exactissimi pa-  
terfamilias, etiam in rebus suis longe minor-  
& forte nullam adhibeat. l. 1. §. 2. [ Nunc videndum est, quid veniat in Commodati actio-  
ne, utrum dolus, an & culpa, an verò & omne pe-  
nitentia, &c. Commodatum autem perlungue-  
solam utilitatem continet ejus, cui commodatur, & deo-  
que ad caveniam culpam levissimam, adeo que ad adhibendam diligentiam exactissimi pa-  
terfamilias, etiam in rebus suis longe minor-  
& forte nullam adhibeat. l. 1. §. 2. ] [ Nunc videndum est, quid veniat in Commodati actio-  
ne, utrum dolus, an & culpa, an verò & omne pe-  
nitentia, &c. Commodatum autem perlungue-  
solam utilitatem continet ejus, cui commodatur, & deo-  
que ad caveniam culpam levissimam, adeo que ad adhibendam diligentiam exactissimi pa-  
terfamilias, etiam in rebus suis longe minor-  
& forte nullam adhibeat. l. 1. §. 2. ] [ Nunc videndum est, quid veniat in Commodati actio-  
ne, utrum dolus, an & culpa, an verò & omne pe-  
nitentia, &c. Commodatum autem perlungue-  
solam utilitatem continet ejus, cui commodatur, & deo-  
que ad caveniam culpam levissimam, adeo que ad adhibendam diligentiam exactissimi pa-  
terfamilias, etiam in rebus suis longe minor-  
& forte nullam adhibeat. l. 1. §. 2. ] Hinc autem.

Infurit, quid si res commodata dum re-  
fertur ad commodantem, petierit, periculum ad  
Commodatarius pertinet, qui non idoneum hominem ad referendum elegit. l. 10. §. 1. *in fine*  
*juncta legi seq. ibi.* [ Sed &c. si dum refertur, petrit,  
si quidem ego mandaverit per quem remittet-  
re, periculum meū erit, si verò ipse cui voluit,  
commisit, & quē culpam mihi præstabit, si NB.  
sui causā accepit, qui non tum idoneum homi-  
nem elegit, ut rectè perficeri possit. ] Cen-  
fetur tamen Commodatarius extra culpam esse, si  
tali rem perferendam committat, cui nulla mali-  
nsidet suscipio, & quem Dominus solitus est ad  
hujusmodi negotia adhibere. arg. legis 20. ff.  
h. t. [ Argentum commodatum, si tam idoneo servo meo tradidisset ad te perferendum, ut  
non debuerit quis estimare suorum, ut quibus-  
dam malis hominibus deciperetur, tuum nor-  
meum detrimentum erit, & id mali homines in-  
tercepissent. ]

CON-



CON-

Contr. V. De Casu fortuito, & deteriorat. per moram. 235

## CONTROVERSIA V.

*Vtrum Commodatarius aliquando te-  
neatur de casu fortuito; ubi de gesti-  
matione rei per moram de-*

teriorata.

## SUMMARIUM.

**P**ER se regulariter non tenetur Commodatarius de  
casu fortuito. 728.

*Patto tamen potest teneri. 729.*

*Quid si speciale in Iure Bavario. eod.*

*Quid uno casu expresso adjiciatur universale pa-  
cium, quoque se extendat. 730.*

*Ob moram tenetur de casu fortuito, si res non fuisset  
eodem modo peritura apud Dominum. 731.*

*Quandonam Commodanti concedatur ferare in item  
estimatione rem secundum tempus rei iudicande.  
732.*

*Casus si damnum, si res ex intrinseco viro per seipsum  
concessum deterioretur. eod.*

*Sires commoda fuit estimatione, an voluerit se obligare  
Commodatarius ad casum fortuitum. eod.*

*Quando Commodatarius tenetur ad estimationem, ad  
quod tempus sit estimatione referenda. 733.*

*Reficitur itane querendam distinctionem inter rem fieri  
deterioriorem, & vilorem. eod.*

*Intellectus variarum legum, quibus dicitur, litis con-  
testata tempus spectari. 734.*

*Quomodo possit committi mora, amegam pervenia-  
tur ad Iudicem. 735.*

*Quomodo possit pervenire ad Iudicem, quin aliqua  
mora processerit. eod.*

*Solvuntur adversariorum argumenta. 736.*

*Intellectus legis 11. ff. de re judic. 737.*

*Intellectus legis 3. §. 3. ff. de actionib. empti. eod.*

*Intellectus legis 3. §. ff. Commodati. eod.*

**728. DICENDUM 1.** Per se regulariter loquendo, non tenetur Commodatarius de casu fortuito, si calus non ipsius cul-  
pæ evenit. Ita habetur in sap. cit. §. 2. I. 1. ff. &  
l. 5. §. 4. ff. h. t. [ Quod verò senectute contigit, vel morbo, vel latronum eruptum est, aut quid simile accidit, dicendum est, nihil corum esse imputandum ei qui commodatum accepit: nisi aliqua culpa interveniat. Poniode, & tuncen-  
dio, vel ruinâ aliquid contigit, vel aliquid dannum fatale, non tenetur, nūl forte, cùm possit  
res commodatas salvâ facere, suas præstulit. ] Sed  
de hoc ultimo plura infra. Idem habetur l. 18.  
pr. ff. h. t. [ In rebus commodatis diligenter  
præstata est, qualiter quisque diligentissimus  
paterfamilias suis rebus adhibet; ita ut tantum  
eos calus non præstet, quibus resisti non possit. ]  
Et paulo dñe. Si cui idem argentum commode-  
rat, quid si amicos ad cœnam invitauerum diceret:  
Christ. Haun. de just. Tom. IV.

*C*id peregrinum secum portaverit: sine ulla dubitatione  
etiam piratum, & latronum, & naufragii casum  
præstare debet. Ratio est, quia in tale periculum  
commodans non confundit, sicut confundit, si  
commodatum dedisset ad hunc finem, ut secum  
peregrine accepisset, ut in eadem lege dicitur.

**729. DICENDUM 2.** Pacto tamen potest in se recipere periculum casus fortuiti, ut  
habetur l. 1. C. b. t. ibi. [ Sed cum is, qui à te  
commodati fibi boven postulabat, hoīs in-  
cussionis contemplatione periculum amissus,  
ac fortunam futuri damni in le suscepisse propon-  
nat, Praes Provinciarum si probaverit, eum in-  
demnitatem tibi promisisse, placitum conven-  
tionis implere cum compeller. ] Et hac quidem  
procedunt de Iure communio.

Jus Bavarium in hoc puncto aliquando plus faverit Commodantem, nec permittit illum totum calum fortuitum sustinere, etiam si nihil in pacium deducimus sit. Nam L. R. tit. 17. a. 1.  
statuit, quid Commodatarius absente omni  
culpâ, nihilominus easenus remaneat præstare ca-  
sum fortuitum, ut ad damnum subsecuti jutum  
transactionis remedium arbitrio Iudicis ineundum compelli possit. Quia verò Statuta Pro-  
vincialis sunt iuris interpretationis, ideo hoc statutum non est excedendum ad Precarium,  
quia non debet recedere iure communio amplius,  
quam verba sonant. Negat etiam est ex-  
tendum ad Commodatum in utriusque graciā,  
multo minus in gratiam solius commodantis fa-  
cium.

**730. Quæres.** Si in pacto exprimitur casus specialis v. g. incendium, adjiciatur tamen particula universalis: v. g. Recipio in me pericu-  
lum incendi, & quorūcumque aliorum casuum: an  
ad omnes omnino casus extendat. Responderet  
Sichardus ad l. 1. C. b. t. n. 8. in fine, quid illa  
clausula generalis adjecta speciebus expressis, de-  
beat intelligi de aliis, scilicet patibus, vel mino-  
ribus, non autem de calibus majoribus; qui est,  
inquit, pulcher effectus dictiōnum. *¶* alia, vel  
¶ cetera, quia cetera debent esse similia expre-  
ssio. Ego tamen optarem, ut hic auctor explicat  
etiam illam majoritatem casum, in quo consistat.  
Certe qui se obligat ad casum incendi, & alios  
omnes, confessus le ad minimum obligare ad illos  
casus, quorum est maior periculum.  
Itaque alius respondendum puto, & dico, quid ad illos  
casus tollum se extendat pactum, qui sunt aquæ  
tupicabiles, ac qui in specie nominatis est, &  
non ad illos, qui sunt in rati, ut à nemine  
prudenter timantur, prout in superioribus dixi, &  
pro exemplo adduxi terzum motum.

**731. DICENDUM 3.** Si Commodatarius est in morte reficiendi, & tunc calus fortuito  
res perit, non peritura eodem casu apud com-  
modantem, si relictura fuerit suo tempore, periculum  
est Commodatarii, teneturque calus fortuitum  
præstare. Idem est, si Commodatarius murat  
alio

alio modo, quām fuerit concessum, & exinde incidit in casum fortuitum, in quem non incidisset, si usus fuisset modo concessio. Ita supponitur in cap. un. de Comod. [Cūm gratia sui tantum quis commodatum accepit, de levissima etiam culpa tenuerit: licet casus fortuitus (nisi accidit culpā suā, vel intervenient pactum, seu in mora fuisset) sibi non debat impunari. Contra eum quoque recte commodati non agitur, nisi post ultum expletum, cuius gratia res fuerit commoda.] Ex Iure Civili attulit textum in Concl. 1.

732. DICENDUM 4. Quando commodatus dolo aut contumacia rem non restituuit, & inde res perit, aut deterioratur, etiam causa fortuito, tunc conceditur commodanti, ut possit jurare in litem, estimando rem secundum tempus rei iudicandæ. l. 3. §. 2. ff. b. t. In hac actione, sicut in ceteris bona fide: iudicis similiter in litem jurabatur, & rei iudicanda tempus, quanti res sit, observatur, quamvis in stricti, litis contestata tempus spectetur. Quod quomodo intelligendum, dicitur contro. seq. in respns. ad i. & 7. object.

DICENDUM 5. Si res commodata ex intrinseco vicio, accedente uso concessio, deteriorior, aut pereat, damnum est commodantis. Casus ponitur in lege fin. ff. b. t. (nec ita pridem contigit) [Si commodato tibi equum, quo uteris usque ad certum locum: si nullā culpā tuā interveniente, in ipso itinere deterior equus factus sit, non teneris commodati: nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter commodavi, qui eum labore sustinere non posui.]

Dubium est, si res commodata fuit estimata, an hoc ipso censetur commodatus se obligare voluisse ad casum fortuitum. Affirmant nobiles Canonisti: quos refert Azor, & Civilibus: quos videtur sequi Harpprechti n. 34. Fundant se in l. 3. §. 3. ff. b. t. sed textus iste non probat intentionem, & intelligi potest, quod ad estimationem solvendam se obligari commodatus, si culpa suā pereat. [Esti forē res estimata data sit, omne periculum praestandum ab eo, qui estimationem se præstaurauit. ] vel si loquitur de casu fortuito, requirit pactum expressum.

Ita que Ioannes Andreas, Panormitanus & alii distinguunt. Vel estimatus res estimatione faciente emptionem venditionem, vel non. Si prius, tunc tenetur solvere estimationem, etiamsi casu fortuito pereat, quia estimatione faciebat, ut in casu & eventum quo periret, habetur pro vendita tanto pretio. Secus in secundo casu, in quo estimatione solum ad hoc adjicetur, ut certum premium sciat, pro casu quo vel dolo vel culpā periret, & ne dominus seu commodans teneatur rei valorem apud iudicem prebare.

Sed restat Controversia, quando estimatione non fuit taxata à contrahentibus, quomodo

postmodum sit taxanda, hoc est, ad quodnam tempus sit referenda estimatione in illis casibus, in quibus commodatus ob culpam & moram tenetur ad estimationem, eo quod res fuerit deteriorata, absque dolo tamē & contumacia: quo casu jam dictum est, posse jurari in item.

733. DICENDUM 6. Cum communione Interpretum sententia, estimationem ad id tempus referendam esse, quo res at tempore mora, etiam extrajudicialis quanti plurimi valuerit, atque in optimo statu fuerit. Ita post alias Hunnius var. resol. tr. 3. p. 2. q. 2. & Harpprechti n. 64. Probatur ex lege 8. ff. de condic. fratrib. [Si ex causa fortuita res condicatur, cuius temporis estimatione fiat, queritur. Placer tamen id tempus spectandum, quo res unquam plurimi sunt, maximè cum deterioriore rem dando non libetur, semper enim moram facere fur videatur.] Hinc autem argumentum à fortiori. Iudicia bona fide sunt pinguiora & magis faventia actori, quam quae sunt stricti juris. Sed in conditione fortuita, que est stricti juris, estimatione fit ex modo quo dicuntur in conclusione: ergo etiam in commodato, quod est bona fide: & in quo ratio eadem militat, nempe quia sicut fur, ita & commodatus rem deteriorem reddendo non liberatur, quia absolute loquendo non reddit rem quam commodato acceperat. l. 3. ff. b. t. [Si redditum sit res commodata, sed deterior redditum, non videtur redditum, quæ deterior redditum, non loquitur redditum, quæ deterior redditum.]

Porrò ex hac ratione præcluditur effugium quorundam, dum ajunt, non valere argumentum à causa fortuita ad commodatum, quia inodium furum constitutum putant id, quod dicunt de estimatione ad tempus quo res plurimi valebat, referenda. Præcluditur, inquit, quia non affectur in lege odium furum pro motivo, sed quia rem deteriorem reddendo non liberatur, & quia est in mora: ergo deterioratio & mora sunt ratio morativa, & in odium mora ac culpabilis deteriorationis estimatione refertur ad tempus quo res plurimi est: quæ ratio etiam in commodato procedit, ut patet.

Probatur deinde ratione conclusio. Mora commodatarii ex qua res deterior, aut vilior facta est, non debet nocere commodanti, ut per se lumine naturæ notum est. Atqui si non refertur estimatione ad tempus, quo res post moram plurimi sunt, per se loquendo obesset: ergo Minor probatur, quia potuisse dominus rem illo tempore distrahere majori pretio: ergo nisi haec condicione compensetur, obesset illa mora.

Hinc iterum præcluditur aliud effugium aliorum adversariorum, qui subtilizant distinguendo inter hæc duo: Remreddi deteriorem: & remreddi viliorum. Ergo ex eo quod commoda-

### Contr. V. De Casu fortuito, & deteriorat. per moram. 237

tarius debeat compensare deteriorationem, non bene inferatur (inquit) quod debet compensare decrementum valoris. Hoc, inquam, præcluditur, quia ideo debet compensare deteriorationem, quia alioquin obesset commodanti mora. Sed etiam si debeat valor, mora obesset etiam.

Ergo est par utrobius ratio. Quia in modo eleganter & acutè notavit Hunnius, rem fieri viliorem, revera est fieri deteriorem extrinsecus. Nam, inquit, si bonitas rei duplex est, extrinsecus & intrinsecus, ut facientur plerique dissidentium, sequitur ex natura oppositionis, quod deterioratione rei itidem sit duplex: & sic bonitas extrinsecus consilii in estimatione (ut dixi in tract. de Mutuo) ita quoque deterioratione quadam consilii in immunitatione estimationis: adeoque res intelligentur deterior facta, cum valor & estimatione decreverit. Ita illæ.

Confirmatur iterum ratio modò adducta. Moratu debitor tenetur restituere etiam fructus qui percipi potuisse à tempore moræ, ut facientur adverstari, & alibi dictum est ex l. 2. C. 38. §. 7. ff. de Vir. arqui ratio cur fructus sint restituendi, etiam urgeat pro compensatione decrementi valoris. Nam ut dictum est, aliquo non habet creditor, quod habuisse, aut habere potuisse, si mora absuferet.

Confirmatur iterum Conclusio à pari ex Conditione triticiaria: de qua lege 3. ff. cod. habeatur. [In utroque (id est tam tempore condemnationis quam tempore moris) si post moram deterior res facta sit, Marcellus scribit, habendam estimationem, quanto deterior res facta sit. Et ideo si quis post moram servum elucitatum dedicit, nec liberari enit: quare ad tempus moræ in his reducenda erit estimatione.] Nunc ad argumentum adversariorum respondentium est.

734. Objicunt ergo 1. Variis juris textus, quibus estimatione refertur ad litis contestata tempus l. 22. ff. de reb. creditis. l. fin. ff. de condic. trit. l. 3. ff. commodati. l. 37. §. 1. ff. Mandati. quas leges jam alibi adduxi, & respondi, in his modis legibus, in quibus dicitur, litis contestata tempus spectari, non nos significari, quod ad litis contestata tempus, prædicto priori omni tempore, sit examinandum rei valor, sed assignari hoc tempus tanquam terminum ultimum illius temporis, intra quod res estimari potest, & non ultra. Potest tamen cum Cajacio & Hunnio etiam alter responderi, estimationem in iuris iudicis ad tempus litis contestata referri, nisi jam prius fuerit mora culpabilis commissa post extrajudicalem interpellationem à creditore factam: & licet hoc in adductis textibus generaliter loquuntur non exprimatur, restringuntur tamen per legem 37. §. 1. ff. mandati, quae proinde adversarii incepit, in cause sua prejudicium adducunt, sic enim habet. [Aliter in stipulatione servatur. Nam runc id tempus spectatur, quo agi-

tur: nisi forē NB, aut per promissorem stetit, quominus suā die solvet, aut per creditorem, quominus acciperet: etenim neutri corum frustratio sua proficere debet.]

735. Quæres 1. Quomodo possit committi mora ante quam perveniat ad judicem. Quando elapsò tempore monetur ut restituatur, & non restituit, nec habet causas relevantes, quibus excusat ut restituendo.

Quæres 2. Quomodo possit perveniri ad iudicem, quia aliqua mora præcessit, prout fieri posse supponitur in adducta lege, quod tamen est captu difficile: nam ideo convenit apud iudicem, quia non restituit, cum deberet. Ad hoc jam alibi respondi, posse hoc, esti raro, contingere, ut tempus interpellat pro creditore, nec opus sit interpellatione alia. Quinimum etiam interpellatus non statim est in mora, si habeat causas relevantes.

Denique hodierno jure non est amplius necesse, interpellari debitorem priusquam ad judicem eatur, & hi patet, quomodo possit ad iudicem perveniri, non commissa prius mora, quia si ne interpellatione regulariter mora non contrahitur.

736. Objicit Ant. Faber 2. Estimatione semel capta debet secundum certum tempus, omnes alias estimationes excludit, quæ alii inspecis temporibus constituti possent: quia si semel tantum id debetur, quod non nisi semel possum est in obligatione, ita non nisi unius præcisæ temporis ratio haberri potest in ea estimatione. *q. 2.* Velo fallor, & Fabrum non intelligo, vel hæc Fabri subtilitas est nimia, quia impingat omnes leges, quæ estimationem ad aliquod tempus indeterminatum, seu cum aliqua amplitudine & latitudine assignant estimationi, quales tamē dari nemo negat. Negarū ergo suppeditum argumentum. Nam estimatione recipit plura tempora disjuncta, & quodvis sub conditione: si eo tempore plurimi sunt. Exemplum est in actione ex l. aquila de domino injuria dato, ubi condemnatio fit: *quantum erat in eo anno plurimi fuerit.*

Objicunt 3. Creditors citius litem contestando potuisse impidere, ne res per moram deterior reddeatur. Ergo debet sibi imputare deteriorationem. Si ergo mora ante litis contestationem purgetur, offrendo solutionem, non erit a tempore mora facienda estimatione. Quodsi mora non fuerit purgata, non est tamē mora præcedens curanda, quia mora commisa per litis contestationem non est negligenda. Respondeat optimè Hunnius, cuius integrum & liberum esse, quando velitus suis in iudicio prosequi: ergo non potest culpa imputari, quod non statim egreditur. Neque hoc modo negligitur mora per litis contestationem contracta: si enim tunc respluit mihi, illud tempus obserbarit: fin minus

minus, observabitur tempus more extrajudiciale.

Objicunt 4. Non debet actori licere, quod reo non licet, argui res non licet recusare estimationem rei secundum tempus litis contestatae, & velle solvere secundum tempus morte, si hoc tempore res vilior est, & illo tempore carior. Ergo nec actori debet licere solutionem exigere tempore morte, si tunc pretium rei est carius. g. Negando maiorem in sensu quem adversarii intendunt. Actor enim licet illam solutionem exigere, sine qua non servaretur indemnitas, sed patetrum incrementum à mora alterius, contra Reg. Iuris 15. Fadim cunquam suum non adversario nocere debet. econtra reus seu moribus debito non haber jus se servandi indemnem à sua mora.

Objicunt 5. Fructus & accessiones pro tempore more extrajudiciale non sunt à moro debito solvenda, l. 38. §. 7. ff. de Iuris. ergo nec incrementum valoris. g. Negando consequiam: nam incrementum valoris non venit nomine fructuum aut accessionum, sed pertinet ad rei substantiam: unde si valor rei adhuc existens crevit, adhuc tota res restituenda est, etiam si nulla mora intercesserit.

737. Objicunt 5. Ex eo tempore quilibet res estimanda est, quo novissime solvi potest l. 11. ff. de Iudic. atque hoc tempus est tempus litis contestatae. Ergo, &c. g. Distinguo maiorem. Si tunc plurimi est, concedo, sequo nego, ne hoc pugnat cum lege cit. que sic habet. [Si calendis ali quid fieri stipulatus sim, nempe quandocumque post calendas accepto iudicio, tanti tamē estimanda lis est, quanti NB. interfuit mēa calendis id fieri, ex eo enim tempore quidquid estimatur, quod novissime solum poterit.]

Objicunt 6. Ex lego. §. 3. ff. de Actionib. empti, ubi expreſſe fit mora mentio, & tamen in estimatione nulla fit illius mentio, sed solum temporis quo res fuit vendita, & litis contestatae sub disjunctione. Sic habet. [Si per venditorem vini mora fuerit, quo minus traderet, condemnari cum oportet, ut tempore plus vinum fuit, vel quo venit (i.e. venditum est), vel quo lis in condemnationem deducitur: item quo loco pluris fuit: vel ubi venit, vel ubi agatur.] Respondebat optimus Hunnius, hinc potius confirmari nostram sententiam. Nam quando hic dicitur inspicendum esse tempus contractus initii, perinde est, acsi tempus more inspicendum dicere: quandoquidem hoc loco tempus contractus cum tempore more idem est: quia in emptione statim ubi venditor pecuniam accepit, in mora constituitur, ut suo loco probatum est, ut proinde in dicta lege 3. §. 3. dicatur, tempus more durans usque ad tempus condemnationis irrogandum spectandum esse, quandonam res plurimi sit.

Quodsi quis malit per illa verba quo venit cum quibusdam intelligere, quo res vendita tradendae: Adhuc responſo rota procedit, nempe moram durare à tempore negiecta traditionis usque ad condemnationem.

Objicunt 7. Ex lego. 3. §. 2. ff. commodatū ubi auctore in item jurante estimatio refertur ad tempus rei judicandæ. Ad hoc respondi in solutione prima objectionis, hoc tempus assignari tunc terminum. Potest etiam responderi, aliquid esse, quando res non iudicis arbitrio estimatur, sed ex affectu auctoris. Auctor auctem debet rem estimare secundum effectum presentem, quando est facienda debitoris condonatio.

Omitto referre quasdam alias leges, quæ facile possunt explicari, quod loquantur in causa, quo res per moram non est facta vilior aut deterior.

## CONTROVERSIA VI.

### Vtrum in Commodato locum habeat Compensationem.

#### S U M M A R I U M .

T Empore præfinito res commodata in specie restituenda est per se loquendo. 738.

An possit rem commodatam retinere commodatarius titulo compensationis. 739.

An possit loco pignoris retinere titulo expensarum refundarum. eod.

Paritas Commodati cum Deposito. 740.

Compensatio tantum habet locum in fungibilibus. 741.

Intellexus legis fin. C. de Compensat. 742.

Intellexus legis 18. §. 4. ff. Commodati. eod.

738. C Erti juris est, quod Commodatarius obligetur per se loquendo rem commodatam restituere tempore præfinito, & quidem in specie (seu individuo) non ex culpa deterioriam. Dixi per se loquendo: nam an per accidentem possit excusat à restitutione videndum est.

D U B I T A T U R ergo imprimis, an possit rem commodatam retinere in compensationem alicui debiti. Affirmant plures, quos sequitur Hunnius var. resol. vr. 3. p. 3. q. 4. & ex Theol. Azor c. 7. 9. 7. Alii simpliciter negant, quorum sententia absoluta vera est; videntur tamen ambo opiniones distinctionis, sed ex concordantia posse.

739. DICENDUM mihi videtur, quod si res commodata adhuc in se existat, ac restituiri possit, non esse locum compensationis. Si vero in se non possit amplius restituiri, sed est restituenda

estima-

## Contr. VI. An locus sit Compensationi.

modatarius commodato abutitur. At, inquit, cur compensatio potius in commodato quam retentio admittatur, ratio est, quia cum compensatione deteriorationis, tunc ratione affirmacionis & deteriorationis possit fieri compensationem alterius debiti eiusdem rationis, v.g. si debeatur pecunia ex vendito, & affirmatio etiam solvenda esset in pecunia. Hanc conciliationem non videntur ticipia. Autores recusare, ut par ex solutionibus quas adhibent texibus juris objici in utramque partem solitus.

Illiud tamen non debebat Hotomannus adeo illimitatè alienis, quod retentioni loco pignoris nungam sit locus. Revera enim est locus, quando à Commodatario expensæ factæ sunt extraordinarie, quæ à Commodante sunt restituenda, ut interior retinendi possit res commodata, ut dicetur.

740. Probatur conclusio 2. à pari, in fortiori. In deposito fatentur omnes, non esse locum compensationis. Arqui est par, in modo major ratio in commodato. Ergo minor probatur. In deposito perdidia est ratio denegandi, & ne sub praetextu compensationis dominii deposito defraudentur: hac ratio etiam procedit in commodato, & praeterea est major ratio, cur commodatio denegetur, nam Commodatarius accipit beneficiis, Depositarius nullum accipit, sed confert: ergo si alterutri estet concedenda compensatione, potius depositario, quām commodatario concedenda est.

Probatur 3. Nemo invitus cogit ut rem suam emere vel vendere, ut certi juris est, & suo loco traditum. Arqui si loco rei commodatae possit reddi pecunia quasi per acceptationem, nempe remittendo debitum pecuniarium, & loco illius remittendo v.g. equum commodatum, in effectu idem esset, ac si equus pro illo debito venderetur. Econtra si in casu quo debetur affirmatio, possit fieri compensatione remittendo obligationem tradendi tibi equum, cogeretur in effectu emere equum. v.g. Petrus commodatarius veller compensari affirmationem libri deperditum cum equo, quem tibi debet restituere Paulus commodator, Paulus in effectu cogeretur emere equum. Ergo in his casibus, & hoc modo non est equum possit fieri compensationem.

741. Probatur 4. Compensatione non habet locum nisi in rebus fungibilibus: arqui commodatum per se loquendo non potest fieri in fungibilibus, ut supra dicitur, & omnes concidunt. Ergo in Commodo non potest per se loquendo esse locus compensationis. Major constat ex l. 4. C. de Compensat. unde etiam confirmatur secunda pars conclusionis. [Si constat, pecuniam in vicem deberi, ipso iure pro soluto compensationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab utraque parte debetur, utique quod concurrentes quantitates.] Videantur que dixi tract. 8. cap. 2. conirov. 4. §. ubi de compensatione eg. & de commodato in specie, n. 162. Porro secunda

cunda pars probabitur argumentis adveratio-  
rum. Itaque

**742.** Objicunt 1. Et praecipue ex *I. finali C. de Compensat.* ubi dicitur, in sola depositi actione compensationem objici non debet. *g.* Legem non negare, quidam eriam sint allii causas, in quibus compensatio locum non habet extra depositum, ut ipsi adversarii fatentur in *Commodato*, quando res *commodata* adhuc exflat: & allii causas, de quibus dictum in loco cit. Sed lex ita habet proprieatem. [Hoc itaque iudices obseruent, & non procliviores ad admittendas compensationes existant: nee molli animo eas suscipiant: sed jure stricto utentes, si invenerint, eas maiorem & ampliorem exposcere indaginem, eas quidam alii judicent referentes, item autem priuatinam jam penè expeditam sententiā terminali component: excepta actione depositi, secundum nostram functionem, in qua nec compensationi locum esse disponimus.] Totum ergo argumentum quod ex hoc textu formati potest, est a sensu contrario, quia nempe de deposito dicitur, de aliis non dicitur. Atqui ut ipsi adversarii in fexcentis aliis occasiōibus inculcat, argumentum à sensu contrario tunc solum vim habet, quando noui est textus quo aliud exprimitur. In nostra vero controversia adest textus clarius, ut vidimus. Neque etiam refert, quid in §. 3o. *Inst.* de *aet.* dicatur: excepta sola *Depositio actione*. Subintelligendum enim est: & ubi est per valorem major ratio: qualis est in *commodato*. Nam revera, qui rem *commodata*, etiam aliquo modo deponit, & alterius curae ac custodie committat, quamvis non hoc unicū agat, sed in iūperū suum concedat, ob quod non debet commido dans eis peioris conditionis, quam deponens, sed potius melioris; & econtra *commodatarius*, ut pote qui beneficium accipit, non debet esse melioris conditionis quam *depositarius*. Quonodo autem intelligenda sunt prima verba legis, quibus dicitur, ex omnibus actionibus compensationes fieri, dicam infra cap. seq. de deposito; *Conit.* 8.

Potest etiam objici ex legē 18. §. 4. ff. h. t. ubi dicitur. *Qod autem contrario iudicio, quo cum eo agitur, potest salvi habere iure penitentis.* Sensus est: si *commodatarius* potest actione *commodati* contraria, onus equi v. g. expensas factas, potest eisdem conseque*jure compensationis*, si convenientius a *commodante*, actione directa. *R.* Hoc solum procedere in casu de quo loquitur secunda pars conclusionis.

Potest denique objici ex legē 15. §. fin. & lege 19. ff. de furtis, in quibus habetur, quidam *commodatarius* rem *commodata* ob impenas quas fecit in te *commodata*, possit retinere. *g.* posse quidam *commodatarius* retinere rem *commodata* pignoris loco ob impenas factas: sed negatur hanc retentionē esse compensationem:

Nam pignus est restituendū, quando solutione debiti liberatur. Sed quod compensatione retinetur, non restituuntur.

## CONTROVERSIA VII.

*An obligetur Commodatarius salvare res commodatas pre propriis, si amba salvare non possunt, & ad quas expensas teneantur.*

## SUMMARIUM.

*V*andomam presumetur dolus in *commodato*, servante res proprias & non *commodatas*.

743.

*Quidam res *commodata* sunt viiores, nec possunt una cum propriis servari.* 744.

*Quidam *commodum* utriusque vel *soli* *commodantius*.* 745.

*Quidam res *commodata* sunt & que *preiosae* ac *commodatarii*.* 747. & seq.

*Quidam sunt *preiosiores*.* 749.

*An illis servatis possit compensare *jacturam proprium*.* 750.

*Ad quem *peccant expensae factae circa rem *commodam* a *commodatario*.** 752.

**745.** *DICENDUM 1.* Si *commodatarius* in casu naufragii v. g. aut incendiū salvare omnes suas res, & *preiosas* aquae ac non *preiosas*, non autem salvare res *commodatas*, immo & precariū acceptas, immo & *commodatas* præcisē in *commodum* ipsius *commodantius*, merito *præsumetur*; & defacto a lute *præsumetur* *commissis*, vel *dolum*, vel *latram* *culpam*, adeoque *dammaretur*, sicut *depositarius*, ad *altermationem* *tertum* *commodatum* *restituentem*; nisi hanc *Iuris* *præsumptionem* *contraria* *probatione* *enervaret*. Probatur ex cap: *Bona fides*. 2. de *Depositio*. *Bona fides abesse præsumetur*, *rebus suis* *salvis* *existentibus* *depositis* *amissis*. & ex lege 5. §. 4. ff. *Commodati*. in fine. ibi. *Non tenetur, nisi forte cum *potest* res *commodatas* salvare, suas *preiosas*.* *Præsumitur autem *prætulisse* ita, ut *commodatas* *planè* *neglexerit*, salvaturus etiam si proprie*sum*it.*

**746.** *DICENDUM 2.* Si res *commodata* sunt viiores, quam res propria, & non possunt amba conservari, potest tamen alterius, licetum est *commodatatio* salvare proprias, *posthabitis* *commodatis*. Ita *Theologi* communiter opines. Probatur 1. ex principiis alibi positis. Nemo tenetur subire *jacturam* *tertum* *fuerum* *majorum*, ad cavendum alterius *jacturam* *minorem*, quando nec ex speciali pacto se ad hoc obligaverit, nec ex precedente delicto & *injuria*

## Contr. VII. De aliis oblig. *Commodatarii*.

241

contrahent obligatiōnē *refaciendi* *dannum* *alteri* *datum*, prout expositum est in tract. 2. de causis excusantibus ab obligatione restituendi, atqui in casu controversie adest necessitas, ut vel *caueam meam* *jacturam* *maiorē*, vel *alterius* *minorem*: ergo possum cavere meam, posthabita *jactura* aliena.

Probatur 2. A priori & ex natura contra factus. Qui præstat diligenter exactissimi patris familias, ad nihil tenetur *commodantius*, nisi se specialiter etiam ad casum fortuitum obligari: atqui in casu disjunctive necessitatis *salvandi*, vel *preistoria*, *vel* *vilioria*, ad diligenteriam exactissimam spectat, salvare *preiosas* *relatis* *vilioribus*: ergo hoc faciendo caret omni culpa: ergo ad nihil tenetur.

**747.** *DICENDUM 3.* Si *commodatum* factum est in *soli* *commodantius* *commodum*, tunc in tali casu tenetur *commodatarius*, si res *commodatas* possit habere *tertum* *preiosioribus*, earum primum refundere *commodantius*. Ita P. Molina d. 296. n. 6. Probatur. Quia etiam in *soli* *commodantius* *commodum* sit *incuria*, adhuc tamen tenetur *commodatarius* *salvare* *ad illam* *diligentiam*, seu *curam*, quā *culpa* *lata* *excluditur*, ut supra probatum est. atqui committeret *culpam latam*, si *viiores* *preferet* *preiosioribus*: quis enim hoc facit, nisi vel *fulsus*, vel *summè* *tertum* *fuerum* *negligens*, vel *dolosus*?

**748.** *DICENDUM 4.* Si res *commodata* in utriusque, vel *soli* *commodantius* *utilitate*, tunc *conferendas* *preiosioribus* *commodatis*, & amissis propriis, potest compenſare *jacturam* *tertum* *fuerum*, neque tenetur tradere *commodantius* res suas *preiosiores*, pruisquam solvit *valorem* *tertum* *fuerum* *perditum*. Ita P. Molina n. 4. Probatur. Nemo tenetur (*seclusus* *culpā* *aut* *pacto*) *res alterius* *preiosores* *conferendas* *per* *jacturam* *propriarum* *tertum*, quando *contractus* *celebratus* est in *commodum* *alterius*: *hac enim* *est* *obligatio*, in quam *nemo* *conferens* *prudenter* *antecedenter* *ad* *omnes* *casus* *eventuales*, & in *praxi* *non* *ob* *servare* *tertum*.

**749.** *DICENDUM 5.* Si res *commodata* sunt & que *preiosae*, ac res *commodatas*, cuius *soli* *commodum* *spectat* in *commodato*, tenetur *commodatarius* res *commodatas* *preponere* *rebus* *propriis*, vel si suas *preferet*, *refundere* *altermationem*. Ita P. Molina. Est tamen conclusio contra P. Azot. Probatur ex *codem* *fundamento*, quo terrena conclusio. *Commodatarius* cuius *soli* *commodum* in *commodato* *que* *sum*it, tenetur cum *equali* *jactura* in *proprietate* *bonis* *ad* *conservandas* *res* *commodatas*, h. c. tenetur res *commodatas* salvare cum tanta *jactura*, quanta est *tertum* *fuerum* *estimatio*. Alioquin non eo modo illas custodit, quo diligentissimus pater familias & Dominus illarum *tertum* *fuerum* *commodatarum* *casu* *custodiet*: nam ipse *commodatarius* *conservatio* *reis* *commodata*: atqui

*Hic doctrina* (quam etiam in precedentiis suppositi) *objici* potest: quia *commodans* tenetur *solvere* *expensas* *qua* *sumuntur* *commodato* *pro* *conservacione* *rei* *commodata*: atqui

in

in casu dubii iactura bonorum commodatarii habet se tanquam expensae: ergo ad eas tenetur commodans: ergo commodatarius potest compensare. Ad hoc responder P. Molina, distinguendo: tenetur ad expensas ordinarias, negatur: tenetur ad extraordinarias, subdistinguit: ad extraordinarias, ad quae tenetur commodatarius vi contractus, negat, ad alias extraordinarias concedit, v. g. si mancipium commodatum in morbum incidet, aut fugam suam culpam attingeret, & necesse esset aliquid expendere, ut illi subveniret, aut eis fuga revocaret. Si tamen res, quae naufragio, incendio, aut alio simili infortunio erat peritura, nisi commodatarius suam industriae praverit, simili modo erat peritura apud Dominum, tunc probabile existimat P. Molina (michi autem est indubitatum) posse commodatarium compensare rem suam viliorum: quia tunc periculum est utrique commune, neque advenit occasione contractus rei alienae. In quo casu licet est seipsum diligere pro proximo, res suas conservando easque praferendo, (non tamen debet, ut loquitur P. Molina, quia charitas sui non obligat, ut quod temporalia nos magis amemus quam proximum) quia sic commodatum non est causa interitus.

751. Hec est doctrina P. Molinae, & speculatively loquendo prior: sed in praxi non caret difficultate, estque probabilis & practicè ruta doctrina P. Azorci, 7. q. 6. ubi paucis expeditorum praetextis controversiam quadam forum conscientiae. [Aut res propriez etant pretiosiores rei commodata, vel aquæ pretiosæ, aut viliosæ. si pretiosiores, vel aquæ pretiosæ, nihil cogitur commodatarius restituere secundum conscientiam, ut res suas ab intendendo, ruina, naufragio, bello, vel à latronibus liberavit. Ratio hujus est, quia nemo secundum conscientiam compellitur rebus & commodis alienis magis quam propriis confundere. Si autem viliores res erant propriez: tunc, aut potuit rem commodatam servare aquæ ac huam: & tunc secundum conscientiam debet restituere commodatum, vel premium ejus, cum se ad id ex pacto obligaverit, qui contra legem charitatis fecit, rem suam servando, negligenter & potuisse re alienam: aut non potuit, & tunc restituere secundum conscientiam non cogitur.] Ita ille: fatus expeditè & planè, magisque conformiter communi persuasiōni & in familiari hominum.

752. DUBITATUR: Ad quem spectent expensæ factæ circa rem commodatam à Commodatario. & Expensas ordinarias, ut sunt cibi, hospitium, &c. spectare ad commodatarium, nisi aliud pactum fuerit. Si sint extraordinariae, & graves, spectare ad commodatorem: si verò leves, spectare ad commodatarium. Ita haberet legge 18. §. 2. ff. h. r. [Possunt justæ causa intervenire, ex quibus cum eo, qui commodat, agi deberet, veluti de impensis in vale-

tudinem servi factis, quæque post fugam requiriendi, reducendique ejus causâ factæ essent: nam cibariorum impensis, naturali scilicet ratione ad eum pertinent, qui utendum accepisset. Sed si id, quod de impensis valetudinis aut fugæ diximus, ad majores impensas pertinere debet: modica enim impendia verius est, ut sicut cibariorum, ad eundem pertineant. Ex qua lege non improbaribliter pro sententia ex Azorio relata quis colligeret, quod commodatarius non tenetur subire iacturam propriorum bonorum, ad conservandas commodatas pretiosiores, si illa iactura excederet valorem modicarum expensarum extraordinariarum.

## CONTROVERSIA VIII.

*Ad quem spectet damnum à tertio datum in re commodata, aut ex virtute rei proveniens damnum Commodatario.*

### S U M M A R I U M .

*A N* Commodatarius tenetur de damno ab alio illato. 753.

*Intellectus legis 41. ff. locati. eod.*

*Ad quem spectet damnum, quod Commodatarius patitur à re commodata viuisca. 754.*

753. QUAERITUR 1. An Commodatarius tenetur de damno ab alio illato in re commodata: v. g. si stabularius equum in stabulo collocatum negligat, ita tamen ut nulla culpa ex parte commodatarii intervenierit, eò quod etiam diligenter viatores soleant hujusmodi famulis suis eos committere.

In hoc puncto occurunt leges admodum diversæ. Negativa sententia fundatur in lege 19. ff. h. r. ubi dicitur: [Ad eos qui servandum aliquid dicunt, aut utendum accipiunt, damnum injuria ab alio datum non pertinere, procul dubio est: quia enim curia aut diligentia consequi possimus, ne damnum aliquis nobis injuriæ det.]

Accedit etiam efficacissima ratio. Nam, ut supra vidimus, commodatarius non tenetur ad praefandum casum fortuitum, sine culpa sua obvenientem, nisi in pactum deduxerit, atqui damnum ab alio datum absque culpa commodatarii est plenæ causus fortuitus, quem nemo etiam diligenter potest, & ideo à nemine praestatur, ut dicitur in Regula Iuris 23. in fine, ubi etiam inter hujusmodi casus numeratur fuga servorum, qui custodiri non solent.

Pro affirmativa videtur facere lex 41. ff. locati. ubi Vopianus referens sententiam Iuliani in precedentia lege 19. relatam, illi tamen perfecte

## Contr. IX. De revocatione Commodati.

sententiam oppositam Marcelli, his verbis. [ Sed de damno ab alio dato agi cum eo non posse Iulianus ait. quia enim custodiâ consequi potuit, ne damnum injuria ab alio dati possit. Sed Marcellus interdum esse posse ait: siue custodiri potuit, ne damnum darecur, siue ipse custos damnum dedit. Quæ sententia Marcelli probanda est.]

Ceterum, eti Hotomannus & Treutler existimant, Antinomiam esse adeo apertam, ut nullâ viâ conciliari possit. Huius tamen meritò dicit, optimè posse conciliari. Et sicut ex particula In iuris confit, Marcellum non esse contrarium Iuliano, si sermo fit de eo quod regulariter contingit: quamvis aliquando possit contingere, ut ad commodatarium spectet damnum ab alio datum, cuius duos adducit casus, nempe si res commoda custodiri potuit, & non sicut custodita, vel si ipse custos damnum dedit; sicut casum in priore casu intervenient culpa scilicet levissime commodatarii, ita eandem videtur supponere Marcellus: in secundo casu, nempe si talis custos adhibitus est, à quo posset prudenter hujusmodi damnum timeri, & ideo culpa commodatarii erat, non constitutere diligenter.

754. QUÆRITUR 2. Ad quem spectet damnum, quod Commodatarius patitur à re commodata viuisca. v. g. si dolia commoda ta non retinuerint vinum infusum à commoda tario. Hoc damnum spectare reficiendum ad commendantem, si leviter vitium, scilicet si probabilitate ignoravit. Habetur l. 18. §. 3. ff. b. r. ubi exemplum ponitur. Item quis siem vafa viuisca commodavit, si ibi infusum vinum, vel oleum corrumptum, effusum est, condemnandus ex nomine est. Aliud exemplum est in legge 22. ff. eod. [Si servus, quem tibi commodaverit, futurum fecerit, utrum sufficiat contraria commodatio actio, quemadmodum competit, si quid in curationem servi impedit, si furti agendum sit, queratur. Et furti quidem noxalem habere, qui Commodatum rogavit, proculdubio est: contraria autem commodi tunc cum teneri, cum NB. sciens taliter esse servum, ignorantem commodavi.]



## CONTROVERSIA IX.

*An aliquando licitum sit commodanti rem commodatam ad certum tempus, & usum, ante tempus elapsum, aut usum obtinentem revocare.*

### S U M M A R I U M .

*Commodans non potest avocare rem commodatam ante usum concessionem per se loquendo. 755.*

*An si improvitus casus emerget, possit ab incommode incurvandum rem commodatam revocare. 756.*

*Quid si etiam præviso casu fuisse commodatarius. 758.*

*Quid si in contraria animi dispositione fuisse. 759.*

*An in casu questionis licet in utroque foro revocare non attinet in commode commodatarii. 759.*

*Solvitur argumenta contraria. 760. & seq.*

755. Ceteri Iuris est, & de natura hujus contractus, commodatum, per eloquendo, obligari ad non avocandam rem commodatam, ante tempus in contractu constitutum, aut usum ad quem concessa est; & si contravenire, obligari ad reliquendum damnum & in terro. cap. an. b. t. ibi. Contravenit quoqueretè non agitur commodari, nisi post usum extpletum, cuius gratiarum fuerat commodata, cum non decipi nos beneficio oportere, sed adjurari: & lege 17. §. 3. ff. b. t. [Sicut autem voluntatis, & officii magis, quam necessitatis est commodare: ita modum commodati, idemque præscribere ejus est, qui beneficium tribuit, cum autem id fecit, id est, postquam commodavit, tunc finem præscribere, & terto agere, atque in tempeste usum commodatae rei auferre non officium tantum impedit: sed & suscepta obligatio inter dandum accipiendum que: geritur enim negotium in vicem, & ideo in vicem propositae sunt actiones: ut apparet, quod principio beneficij, & nuda voluntatis fuerat, convertit in mutuas præfationes actionesq; civiles.] Vnde sicut in mandato, ita & in commodato utrum illo vulgariter: quod ab initio est voluntatis, potest & necessitatis. Dixi: Per se loquendo.

756. DUBITATUR graviter, an si post rem commodatam improvitus casus emerget, ut nisi commodans rem commodatam revocet, incurrit non minus grave damnum, quam incurrit commodatarius, si revocetur, possit rem commodatam revocare, non obstante damno, quod inde patietur commodatarius. Prima sententia negat simpliciter posse revocari. Ita Naturatus.

Secunda sententia distinguit: & docet, posse in foro conscientiae revocari, quando com-